cum castellum, ut ibi hospitium habe-
ret infra terminos Warpergk et Nuwin-
burgk. Cum omnes de Bichilingen contra-
diceret, et illa non cessaret, querimoni-
am fecit ad imperatorem, quod soror sua
Lantgravia castrum edificaret in finibus
juris sui, aqo imperator convocato Lant-
gravio edificationem illius castri sibi in-
terdixit. Postea vero die secreto sibi nuncio
transmisso, ut incepta perficeret, supplici-
ter exoravit, que ibidem ut inceperat in-
expugnabile castrum scilicet Wissinseche
fecit. Postea idem Lantgravius in castro
Nuwinburgk multo egritudinis positus
vocavit ad se plures nobiles sibi aliquan-
do rebelles, quos alloquebatur in hec verba:
Ecce ego morior, et vobis sub pena suspen-
dii precipio, ut, cum anima mea de cor-
pore meo exiverit,[a] corpus meum cum om-
ni reverentia in humeris vestris abhinc
usque ad locum mee sepulture, scilicet
in Reynhardisborn portetis. Hoc nobiles
sibi promiserunt facturos, quia plus
quam diabolum ipsum timebant, et post mor-
tem suam mandatum compleverunt,
et ipsum pedestres in humeris per de-
cem milliaria portaverunt, semper ti-
mentes, quod Dominus eorum viveret,
et ipsis illudere vellet ac eos sic temptare.
Rursus timebant filios suos, quod, si man-
datum patris non explerent, penam,
quam pater posuit, incurrerent. Tunc
a Wigmanno venerabili Meydeburgense
archiepiscopo cum ingenti exequiarum
honore

Lantgravius vero iratum se fingens misit nuncios ad uxorem, sub obtentu gratie sue edificationem illius castri sibi interdixit.

n) mlto = (l. in tco)

a) exigerit =

hoc

Quia